

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CIX. De rebus divinis disserat verbis & phrasibus ex Germanica Bibliorum
Versione, aliisque scriptis B. Lutheri, & pure, eleganter que scribentium libris
vernaculis petitis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

tus & circumspectus usus in Concionibus esse debet, cum in amplificando, tum in exornando. Ut humilia humiliter, mediocria mediocriter, sublimia vero sublimiter & graviter proferre sciat Dei Præco. Cavenda quoque in his omnibus nimia frequentia. Omne enim nimium vertitur in vitium. Ac cum Sacræ Literæ abundant variis tropis & figuris, & apud primitivæ Ecclesiæ Doctores eorum frequentissimus sit usus, ex illis potius, quam profanis autoribus desumantur, cum significationis & expositionis gratia, tum ad decorum & ornatum.

CIX.

De rebus divinis differat verbis & phrasibus ex Germanica Bibliorum Versione, aliisque scriptis B. Lutheri, & pure, eleganterque scribentium libris vernaculis petitis.

Εξήγησις.

Quantum fieri potest, opera danda est, ut verba & phrasæ petantur è Sacris Literis, & quidem ex earundem à B. *Luthero* adornata translatione, quippe cui proprietatem, puritatem & perspicuitatem sermonis vernaculi omnes Docti tribuunt, quæque plerisque auditori-

toribus ex lectione & meditatione nota est. Verba enim Scripturæ miram quandam gravitatem præ se ferunt, & ad permovendos, penetrandosque hominum animos magnam vim & ἐνέργειαν seu efficaciam habent. Est *Sermo Dei vivus & efficax & penetrabilior quovis gladio ancipiti*, Hebr. IV. 12. Recte Ludov. Wolzogius Pastor & Professor apud Trajectinos Orator. S. Lib. II. cap. 6. *Id dabit operam cumprimis O. S. ut, cum ex S. Scripturis omnia hauriat, Scripturæ stylum habeat sibi longo usu familiarissimum.* Non quidem hoc volumus, ut ex meris & undique congestis verbis Biblicis centonem aliquem superstitione componat Ecclesiasticus Orator. Quia in re *Bernhardus*, qui fere omnes suos Tractatus, Epistolas, Conciones, verbis ex Sacra Scriptura mutuatis, compingere solet, merito nonnullis nimius esse visus est, quia id ut plurimum facit, nulla sensus aut analogiæ ratione habita, nihil pensi habens, dummodo verba argumento utcumque aptari possint. Sed id requirimus, ut in Concionibus ad populum Ecclesiæ Minister S. Scripturæ verba suis verbis intermiscet, & ex ea connexion sententias apte concinnet. Et quia S. Biblia. Phrasium & vocum copia & elegantia abundant, ut illas potius, quam aliorum Scriptorum

nſurpet. *Philosophi liberis loquuntur verbis,*
 inquit *Augustinus Lib. X. de Civit. Dei cap. 23.*
Nobis autem in Ecclesia ad certam regulam loqui
fas est, ne verborum licentia etiam de rebus,
quæ his significantur, impiam gignat opinio-
nem. De studio lingvæ vernaculæ hi sunt Ca-
 nones, scribit *Alstedius* in *Præcognitis Theo-*
log Lib. II. cap. VI. pag. 159. I. Studiosus Theo-
 logiæ stylum lingvæ vernaculæ Ecclesiasticum
 discernat à Politico. *Dicunt Theologi nostri;*
Ein Prediger soll nicht Stadtschreibers
Deutschreden! *Hoc ipso non prohibent studium*
elegantiae in lingua vernacula, sed ineptiam il-
lam quorundam Concionatorum facundiam
forensem notant, quam nihil est indignius in tra-
ctatione rerum divinarum. Legantur itaque
 Scriptores illi Ecclesiastici in lingua vernacula,
 qui stylum rebus sacris convenientem usurparunt,
 in quibus apud Germanos nostros facile princeps
 est LUTHERUS, in versione Germanica Biblio-
 rum imprimis, & in aliis scriptis Germanicis.
 II. Operæ pretium fuerit, dicta S. Scripturæ im-
 primere memoriæ lingua vernacula; Ratio
 Canonis est, quia hæc res mirifice conducit ad
 facundiam sacram. Nam in Concionibus & pri-
 vatis conversationibus dicta Sacrarum Litera-
 rum nobis succurrent eo facilius. Taceo, quod
 etiam

etiam hoc modo auditores & alii, quibuscum-
 conversamur, magis afficiuntur, dum audiunt,
 ipsissima formalia à nobis recitari, quam si nos
 ex archetypo Hebraico vel Græco nostris verbis
 rem ipsam recitemus. Hæc Alstedius. Non
 requirimus præcisè, inquit Dn. D. Catorius in Pæ-
 dia Theol. de Method. Stud. Theol. pag. 84. seq.
 ut sectetur, (Concionator) lepores, Veneres &
 Elegantias Opitii, aut ex professo sese consecret
 der Fruchtwirkenden Gesellschaft ut vo-
 cari amat, nedum ut certet cum aliis de palma
 in adornandis concionibus juxta stylum Opitia-
 num, quod Cacoëthes nonnullos invasit, sed ut
 puritati, perspicuitati & ornatui decenti lingvæ
 vernaculæ Germanicæ, quæ propter communem
 usum è Lectione Scriptorum Germanicorum
 B. Lutheri (quæ præ aliis excellunt in Elegantiæ &
 elegantia lingvæ Germanicæ) ut & Constitutio-
 num Imperialium (Der Reichs Abscheid) habe-
 ri potest tersissime. Et cum in Bibliis Germanicis
 Lutheri non minus puritas & concinnitas, quam
 perspicuitas hujus lingvæ probe observata sit
 (quod cum primis collatio cum aliis versionibus
 Germanicis docet,) non abs refuerit, Phraseo-
 logias Biblicas, adagia, & rariora quædam usu
 vulgari non obvia in Germanica lingua obser-
 vasse & annotasse. Nimia autem Luxuries,